



B. 191.

3.

**ΣΥΜΜΙΚΤΑ LIBRARIA,  
SIVE  
LIBRORVM RARIORVM  
INDEX I.**

SELECTIS OBSERVATIONIBVS INSTRVCTVS,  
QVO  
AD AVDIENDAS ORATIONES PVBLICAS  
D. XXII. MART. A. MDCCLXII. HLQC HAB.  
LVBECAM LITERATAM  
DECENTER CONVOCAT

**IO. HENR. A SEELEN,**  
SS. THEOL. LIC. ET GYMN. LVBEC. RECT.

---

LVBECAE.  
TYPIS FUCHSIANIS.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY  
OF MICHIGAN LIBRARIES  
EXCELSIOR LIBRARY  
UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES  
EXCELSIOR LIBRARY  
UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES  
EXCELSIOR LIBRARY



**L**abores, quibus vacant Bibliophili, librorum vel cognoscendorum, vel discernendorum, vel dijudicandorum, vel in ordinem redigendorum, vel iusto loco collaudorum, vel in pretio habendorum, vel vitandorum ergo, solent exaltari. Vetus quidem ac medium aevum non omnino caruit hominibus, huic quoque studio aliqua saltem ratione deditis, neque istud plane negligentibus. At negari tam non potest, quod recentiori aeo, ac praesertim post renatas literas, historia literaria generatim, et ea sigillatim pars, quae librorum notitiam complectitur, maiori industria, attentione, utilitate, fuerit exculta. Multo amplior hic aperiretur campus, quam ut eundem emitiri possem, si omnem historiam literariam velle pervagari, atque cuncta, quae ad varias eius recte tractandi rationes pertinent, edifferere. Eam saltem quodammodo attendam curam, quae RARIORIBVS LIRIS fuit impensa. His enim cognoscendis maior, quam olim, opera est navata, et hoc ipso potissimum saeculo, quo huiusmodi libri in primis quaesiti, annotati, recensiti, perlustrati, cum historiae literariae cultoribus communicati. Doctissimus et de re sacra pariter ac literaria praeclarissime meritus civis meus, IOHANNES VOGTIUS, Ecclesiae Lutheranae Bremensis Pastor fidelissimus, Catalogo librorum rariorum (de quo mox) copiosam et accuratam praefixit notitiam *Scriptorum, qui vel*

*ex instituto de libris rarioribus exposuerunt, vel aliud agentes raritatem librorum indicarunt, vel saltem unius alteriusve libri rarioris notitiam dederunt; vbi licet numero haud exigo commemorati sint scriptores, quorum labor in librorum rariorum recensione docte versatus, spicilegium tamen post messem facere licebit. Extat enim S. S. Verzeichniß einiger rarer Bücher, Frst. u. Leipz. 1723. 8. cuius auctor variarum digressionum ope de quibusdam operibus et libris copiosius agit, quam vt solam eorum raritatem demonstret. Libri, cui Vir clarissimus, IO. CHRISTOPHORVS HENNINGIVS, de libris rarioribus dudum insudavit, initia prelum quidem subierunt, vt vero diligentissimus quandam et ornatissimus auditor meus integrum absolvat, sincere opto. Neque hic tacendus est Catalogus Bibliothecae IO. LAVR. a MOSHEIM, viri post fata etiam longe celeberrimi, Goetting. 1756. 8. evulgatus. Hunc libris praestantissimis conspicuum, vti ipse paulo ante obitum confecit, ita variis libris notam raritatis adiecit. Quo doctior autem et cognitionis librorum peritior fuit MOSHEMIVS, eo maiori fide digna sunt ipsius indicia. Sed omnium operam libris rarioribus investigandis, recensendis, diiudicandis, navatam superasset sine dubio DAVID CLEMENT, si absolvere ipsi, morte impedito, licuisset opus, quod *Bibliotheca curieuse, historique et critique*, ou *Catalogue raisonné de Livres, difficiles à trouver*, inscrisit, et Goetting. 1750. 4. edere coepit, pluribusque Tomis annis sequentibus continuavit. Verum superavit iam, etiam si nihil amplius prodeat, siquidem nemo tam magnum huius argumenti opus elaboravit, quam est hoc Clementinum. Laudati VOGTII Catalogus Historico-Criticus Librorum rariorum curis tertii recognitus, qui Hamb. 1747. 8. prodiit, praestantissimis in hoc literarum genere, et utili et amoeno, subsidiis iure est accensendus, siquidem non multos solum libros raritatis charactere insignes nominatim producit, sed additis etiam selectis observationibus, tam historicis, quam criticis,*

ticis, ornat. Quamvis autem Vogtianus liber sit egregius et multa comprehendat, non omnia tamen ad hoc argumentum spectantia complectitur. Ipse hoc, pro ea, qua pollet, modestia, ingenue professus est, in Praefamine primae editioni praemissio scribens: *Non audeo, absolutam quandam rariorum librorum historiam polliceri; specimen saltem exhibeo catalogi universalis librorum rariorum, qualem dudum votis exoptarunt Eruditi, nemo, quod sciām, hacenus edidit.* Vota haec nunquam forte etiam implebuntur, siquidem nemo facile, literatissimus quoque, invenietur, qui in tanta librorum multitudo omnium omnino notitia gaudeat, quae ad Indicem universalis omnium rariorum librorum contexendum necessario requiritur. Praestat interim, multos, imo plurimos, cognoscere, quam plane nullos, sique in quotidianorum, vulgarium, tritorum, omnibus notorum, saepe etiam vilium, et exigui pretii librorum vsu acquiescere, atque hac ratione pulcherrima re eruditionem privare. Magnum itaque oriaretur literaturae commodum, si ab Eruditis cunctis indicarentur libri, quos ipsi possident, rari, atque hinc Index Librorum rariorum universalis conficeretur. At propter diversitatem sententiarum de veris raritatis causis facilius est istud optare et desiderare, quam rei literariae studiosis certo promittere, vt huius negotii fructum consequantur. Quemadmodum itaque consilium de Bibliotheca Universalis conscribenda nonnulli dederunt, aliqui etiam exequi tentarunt, e. g. CHRISTOPHORVS HENDREICHIUS in Pandectis Brandenburgicis, complures calculo indignum iudicarunt; ita quoque spes de notitia universalis Librorum rariorum impetranda dudum fuit a compluribus abiecta. Neque tamen deest hodie vir quidam laboriosissimus et historiae literariae peritisimus, qui *Historiam Universalem Librorum rariorum* meditatur, eoque fine omnia congerit, quae hoc referri posse videntur. Is tum ab aliis expetere studebit subsidia, institutum suum iuvantia: sponte enim fatetur, quod eiusmodi operis elaborationi vnius hominis industria non

sufficiat; tum a me quoque, quod praefiscine dixerim et omni procul iactantia, rariorū librorum notitiam desideravit. Nolum autem precibus ipsius deesse, et si non improbem quidem conatum, de perfecto tamen opere, quod omnibus numeris futurum sit absolutum, sistendo valde dubitem. Interim librorum, quos ipse possideo, rarioribus, ni fallor, annumerandorum, notitiam ei denegare, nec volui, nec potui. Si qui sunt inter eos, quos in usus suos poterit convertere, id mihi pergratum erit. Mēsta, quae sunt raris rariora, nonnulla praemittam. Quaeritur autem, quinam libri potissimum sunt appellandi *RARI?* Notum est, quod inter ipsos literatores hac de re non omnino conveniat, siquidem in plerisque raritatis causis consentiunt quidem, in quibusdam vero dissentiant adeo, ut, quas ille putat idoneas, hic non sufficienes arbitretur. Abundet hic unusquisque suo sensu, siquidem ad diversas etiam opiniones trahunt loca, quorum aliqua librorum nonnullorum incipia laborant, aliqua eorum copia largiter sunt instructa. Mihi breviter licebit potiores afferre rationes, propter quas non omnes libri uno eodemque loco sunt habendi, sed alii aliis rariores, imo quidam rarissimorum nomine insigniuntur. Sunt autem huiusmodi libri, qui ipsis eruditis interdum viris ignoti: in Bibliothecis maximis et ornatissimis, bibliopoliis quoque iisdemque amplissimis, frustra quaeruntur: in locis remotissimis, iis praesertim, quae ob copiam librorum in lucem ibi protractorum non adeo sunt celebria, editi; vnde licet in eiusmodi locis occurrant, extra eadem raro tamen, imo rarissime, inveniuntur: paucis exemplaribus in lucem prodeunt: sub initium typographiae et ante annum 1500, aut paulo post, excusi: omnino integri, nec villo modo castrati, e. g. THVANI editiones rarae, quibus nihil ademtum: publica auctoritate et cura aboliti: magici: alchymistici, et ex iis illi potissimum, qui turpem divinorum oraculorum abusum produnt: atheismo, naturalismo, sanctissimi codicis contemtu ac detorsione, paradoxis sententiis, fanaticisque et hete-

heterodoxis opin'ionibus infecti: lasciviam petulantissimamque  
 impietatem spirantes, ideoque brachio saeculari suppressi, te-  
 nebris demandati, luce privati: incendiis, vndis, furtis, co-  
 piae loco, exemplarium inopiam passi: argumentum compre-  
 hendentes rarissimum, a paucissimis scilicet pertractatum. Plu-  
 res dederunt alii librorum rariorū, quorum nonnunquam  
 sola editio quaedam rara est, notas, de quibus diversa sunt ra-  
 tione locorum, personarum, genii, indolis, iudicia, dum ille  
 permagni aestimat, quod hic vilipendit, et vice versa. Iuvare  
 tamen notitiam librorum rariorū, cuiuscunque sint generis,  
 qui rite censendi facultate pollut, non diffitentur. Magnus  
 idcirco et πολυμαθέσας Theologus, VALENT. ERN.  
 LOESCHERVS, Vir vti in permultis scientiis, ita in re li-  
 braria quoque versatissimus, in animo habuit, e libris, quos  
 multi reipublicae literariae spectabiles cives nunquam legerunt,  
 imo, propter summam raritatem, legere haud potuerunt, po-  
 tiora feligere et cum orbe eruditō communicare (1). Utinam  
 liber ex libris rarioribz confessus lucem vidisset! Tanto  
 etiam viro minime potuit displicere consilium, quod dede-  
 runt viri literatissimi, librorum rariorū, quos unusquisque  
 possidet, Indicem publicare, quo nobilis haec historiae litera-  
 riae pars magis magisque perficiatur (2). Si curta mea supel-  
 lex poterit, aliquo saltē modo, instituto huic, illi praesertim,  
 qui historiam unversalem librorum rariorū molitur, inservi-  
 re, aliorum gazis meum addere licebit teruncium, atque ex  
 qualicunque meo apparatu eos indicare libros, qui, si forte  
 non semper sunt, si quid tamen mihi cernere datur, tales vti-  
 que videntur. Certiores me hac de re fecerunt tum alii libri,  
 in quibus librorum rariorū nominatim confecta est ratio,  
 tum praeserrim peregregii Catalogi, Vogtianus et Moshemia-  
 nus

(1) Vid. eius Arcana Literaria p. 3.

(2) Conf. S. S. Verzeichniß einiger rarer Bücher P. I. p. 16. sq. S. S., inter-  
 prete REIMMANNO, est Serpilius Superintendens. Vid. Biblio-  
 thec. Hist. Lit. Tom. II. p. 531.

nus, in quibus occurunt rari huiusmodi libri, quos ego inter meos aservo. Nullum autem proferam librum, praeter eos, quos ipse possum commonstrare, adeoque nullum, quem prariori, salva aliorum sententia, habeo, sine *avroψια*, quae in hoc argumento recte tractando utique requiritur. Testimonia aliorum semper addere, neque opus erit, neque dari ea poterunt, cum difficulter, et de nonnullis libris nusquam, reperiantur. Experientia hic quoque optima rerum magistra erit. Haec si in nonnullis regionibus et locis rem non conficiat, in non paucis tamen ad eam poterit provocari. Libri enim, qui raro, imo rarissime, occurunt et per longum temporis spatium non conspiciuntur, illi salem ibi, vbi oculis sediu, imo diutissime, subduxerunt, pro raris non possunt non haberi. Plerorumque solos hac vice dabo titulos: nonnullis (haud cunctis: multo enim maius istud requireret spatium, quam mihi licebit implere) addam aliqua, quae ad uberiorem eorum notitiam faciunt. Quae nonnullis voluminibus sunt compacta, ea non omnia quidem habentur rara, sunt in iis tamen aliqua, quibus inter rariora locus dandus. Qui a me aliis locis iam sunt indicati, vel recensiti, iis citatio tum aliorum, tum meorum scriptorum sufficiet. Notitiam, quam dabo, inscripsi *Σύμπυκτα*, quoniam hunc titulum Schediasmati, in quo tam boni, quam mali (quos etiam nosse oportet, aequae ac venena in pharmacopoliis) libri promiscue apparent, neque libri, qui ratione argumenti et formae coniungi poterant, semper coniunguntur; quae mixtura hic quidem, teste experientia, in vitio non ponitur. Cum vero libri *Manuscripti* sine dubio sint rarissimi, paucorum etiam, quos aservo, notitiam delibabo, plures alia occasione, si benignissimo Numini placuerit, vitam meam prorogare, nominaturus.

### Libri manu scripti.

Autographum Pouchenianum, cui Author hunc titulum praefixit:  
*Enarratio Augustanae Confessionis*, Autore M. ANDREA POV-  
 CHE-

*CHENIO*, Seniore (3), qui anno Domini 1575 postridie Trinitatis, sive trigesimo die Maii postquam Superintendens in Ecclesiam Lubecensem introductus esset, declamavit in publico Lectorio et altero die subsequente 31 Maii sive prid. Calend. Iunii ipsam Praelectionem huius libri feliciter auspiciatus est, ut sequitur. Conf. quae scripsi Athen.

Lubec. P. IV. p. 100 sqq.

*IO. HERM. ELSWICHII Epistolae.* Vid. quae de iis scripsi in Collect. II. Rer. Brem. et Verd. p. 151 sqq.

Fascis, in quo innumerae fere Schedae, Schedulae, Folia, Chartae, quibus *ANDREAS PLANTECOVIVS*, Medicinae Doctor (4), Philologus et Antiquarius doctissimus (5), loca auctorum, veterum pariter ac recentiorum, vt et varias obseruationes, Scriptis in Nov. Liter. Mar. Balth. 1707. p. 312. sqq. annotatis, et copiosius a Gesnero Cimbrico, *IO. MOLLERO*, in Cimbr. Literat. T. I. p. 498 sq., quae elaborare in animo habuit, morte ab hoc proposito retractus, inservituras, inscripsit. Chaos hoc ab haeredibus illiteratis, imo ab ipso *PLANTECOVIO* (vid. citatum Elogium p. 436) Vulcani bibliothecae destinatum, solius curiositatis gratia asservo propter raritatem exempli, cui simile vix ac ne vix quidem invenietur. Demonstrat summam viri πυλυμαθεστον diligentiam vasta lectione ostensam, et si ex his materialibus, vt vulgo dicunt, eruditum aedificium exstruere, res foret difficillima. Quis enim rudem hanc et indigestam molem in ordinem redigeret? Quis collectoris mentem divinando assequeretur? Copiosum inter-

rim

(3) Distinguendus est a filio cognomine, Subrectore primum Lubecensi. deinceps Theologiae Doctore et Professore Regiomontano, vt et Ecclesiae Cathedralis in Cniphovio Pastore, de quo vid. Athen. Lubec. P. IV. p. 122. sqq.

(4) Obiter licet observare, quod Diploma, quo Patavii d. 3 Iun. an. 1687. Doctor renuntiatus, mihi itidem ab haeredibus donatum, habeat singularia, quibus a multis eiusmodi Diplomatibus Doctoralibus distinguuntur. Elegantissime, auratis nonnunquam literis, membranae tenuissime et candidissimae inscriptum, includitur capsulae, cui quatuor Sigilla Academica, quatuor nimurum Facultatum, appensa. Subscriptur nomina sua Professores singulorum ordinum, qui Facultates stylo academico vocantur.

(5) Vid. eius Elogium, quod inserui Bibliothec. Lubec. Vol. XI. p. 425. sqq. Conf. Vol. XII. p. 658. sq.

sim apparatum, confusum licet, in memoriam PLANTECOVII,  
amici olim integerrimi, si non vtilitatis, saltem curiositatis ergo,  
malui conservare, quam Vulcano tam doctum cibum devorandum  
tradere.

*Scriptores Graeci περὶ ΧΡΤΣΟΠΟΙΑΣ e Codice MST. Bibliothecae Ducalis Altenburgensis manu D. G. MORHOFII descripti. Additae sunt Emendationes et Notae, quas margini Codicis Altenburgensis adiecit THOMAS REINESIVS. Praemissa eiusdem Praefatiuncula et Dissertatio Germanica de his Auctoriis. Scriptores, quos hic codex complectitur, recensuit Mischellan. P. II. p. 313. Conf. MORHOFII Polyh. Lib. I. c. 12. p. m. III sqq.*

*MENONIS HANNEKENII Praelectiones in Syllogen Quaestiorum Theologicarum. Harum notitiam dedi in Epistola 1743. 4. edita.*

*CICERONIS Libri de Officiis et alia Scripta minora. Codex membranaceus varia Ciceroniana complectens, media demum aetate scriptus est, quod varia indicia comprobant. Leg. quae annotavit in Eclogar. p. 106. sqq.*

*IO. BODINI Colloquium Heptaplomeres. Totum opus nunquam editum est, sed ea tantum, quae in celeberrimi viri, IO. DIEC-MANNI, doctissima Disputatione de Naturalismo cum aliorum, tum maxime Io. Bodini, leguntur. Conf. MORHOFIVS loc. cit. p. 72.*

*MICHAELIS RICHEY (6) Notae et Animadversiones in BVR C. GOTTH. STRV VII Introductionem ad Notitiam Rei literariae et usum Bibliothecarum. In quibus varia historiae literariae capita, commonistratis fontibus, illustrantur: passim etiam virorum de hoc studio meritissimorum vitae ac scripta strictim enarrantur.*

### Libri

(6) *Huius viri cum paucis comparandi, cuius facturae non sine acerbo dolore recordor, tanta in me sunt merita, ut eorum nunquam possim oblivisci. Subit mente pietas discipulorum quorundam, qui grati erga Praeceptores animi, post fata quoque publice declarandi ergo, Vitas illorum descriperunt. Quis mihi vitio vertet, si Commentationem de vita, Meritis et Scriptis MICHAELIS RICHEY elaborare studeam? Coepi hunc laborem: absolvendo ei dabo quoque operam, si vitam et vires divina mihi clementia concesserit.*

## Libri rariores.

**Dat boeck der gotlicher schrifften de Hybel.** fol. Sine loci & anni mentione. In his Bibliis singularia sunt, e.g. Gen. IV.1: icf hebbe beseten eenen mynschen dorch got, et his similia.

**Die gantze Bibel.** Zürich. 1556. fol.

**De Biblie, vth der vthlegginge Doctoris Martini Luthers yn dyth dūdesche vlistich vtgesettet, mit sundergen vnderrichtingen, als se men seen mach.** Inn der Kaiserlichen Stadt Lübeck by Lüdowich Dierz gedrucket. 1533. fol. De perraris his Bibliis vid. quae commentatus sum Select. Liter. p. 173 sqq. Memor. Staden. p. 70. sq. Strom. Lutheran. p. 610. sq.

**ERASMI ROTERODAMI** quatuor Novi Testamenti editiones diversae. 1519. 1522. 1522. 1540. fol. Harum editionum rarissima est, quae 1519 prodiit. Huius fronti ipsius olim possessor, STARCKIVS, inscripti sequentia: „Opus longe rarissimum, in cuius laudem vid. SCHELHORNI singularem Exercitationem de secunda editione Novi Testamenti ab Erasmo Rot. curata, in Amoenitatib. literar. T. I. p. 222-247. Conf. Reimann. Catalog. Bibliothec. Theologic. Systematico-Critic. T. I. p. 201. et ad eum accessiones vberiores a Secl. I-VII: p. 108 sqq.

**ERASMI atque LEI** Eristica ob N. T. IAC. FABRI, IAC. LATOMI, ERASMI, &c. Scripta polemica.

**Concordanz des newen Testaments zu teutsch.** Straßb. 1524. Das narw testament nach lantz der Christlichen Kirchen bewerten text corrigirt, vñ widerumb zu recht gebracht. Dresd. 1527. fol. Auctorem huius versionis Anti-Lutheranae esse HIERON. EMSERVM, Praefatio docet.

**ELIAE HUTTERI** Psalterium Harmonicum, Ebraicce, Graece, Latine et Germanice editum. Norib. 1602. 4. min. Hoc Psalterium, raro occursens, notandum in primis est propter versionem Germanicam a Lutherana saepius recedentem.

**CASP. AMMANN** Pf. Iter des küniglichen propheten Davids, geteutscht nach warhaftigem text der Hebraischen zungen. Aug. Vindel. 1523. 8. Conf. Sel. Lit. p. 732. sqq. Add. SCHELHORNH Amoen. Lit. T. V. p. 291. sq.

**MAVRITII**, Hassiae Landgravii, Psalterium, vario genere Carminis Latine redditum. Smalcald. 1590. 4. Conf. VOGTIUS p. 447. sqq.

**REINERI SNORI** Psalterium Parapbrasbus illustratum. Colon. Agripp. 1536. 8. De hoc Psalterio vid. quae scripsi Meditatt. Exeget. P. II. p. 811. sqq. Add. VOGTIUS p. 634.

**PAVLI VECCHI** Observationes omnigenae eruditioris in divinam Scripturam. Neapol. 1641. 4.

**I.O. ALBÆ** Selectæ Annotationes in V. et N. T. Valent. 1613. 4.  
**D.N. IESV CHRISTI** Evangelia ab **VLFILA** Gothice translata.

Cum **GEORGII STIERNHIELM** Glossario. Holm. 1671. 4. Het Nieuwe Testament. Belgice & Malaice. T' Amstelredam. 1638. 4.

Titulus quidem totum Novum Testamentum promittit; sed ex Praefatione apparet, quod interpres Malaicus, **ALBERT CORNELIEZ RVYL**, Evangelia modo Matthaei et Marci transtulit, reliquorum librorum N. T. in linguam Malaicam transferendorum spem iniecerit. Addidit Evangelii editis Cantica quaedam et Preces in vsum Ecclesiae Malaicae Belgice et Malaice.

Das Nieuwe TESTAMENT, das ist, Alle Bücher des neuen Bundes, welchen Gott durch Christum mit den Menschen gemacht hat. Trewlich aus dem Griechischen ins Teutsche verfzegter. 1636. 8. Vir doctus, qui ante me hoc N. T. possedit, post verbum, verset, scriptit: von den Socinianis, den gissstigen Rezgern in Polen. Conf. VOGTIUS p. 667.

**MAGDALII IACOBI** Correctorium Biblic. Colon. 1508. 4. Leg. Meditatt. Exeget. P. I. p. 605. sqq. VOGTIUS p. 359.

**VINCENT. MOLES** Philosophia Naturalis Corporis Christi. Antverp. 1699. 4. Professor huius libri olim fuit vir literatissimus et riarum etiam librorum amore pariter ac notitia haud vulgari insignis. **CASP. HENR. STARCKIVS**, qui vti in fronte librorum solebat nonnunquam aliquid annotare, ita huic praescripsit: *Inter rariores libros non postremus.* De ipso libro vid. quae dixi in Meditatt. Exeget. P. II. p. 775. sqq.

**JOANNIS REVCHLIN**, Phorcensis, LL. Doc. de Arte Cabbalistica Libri tres, Leoni X. dicati. Hagenau. 1717. fol.  
F. M. B. ab **HELMONT** Alphabeti vere Naturalis Hebraici Delineatio. Sulzbac. 1667. 12.

*FRIDERICI NAVSEAE Catholica in Symbolum Apostolorum.* Mognunt. 1529. 4. *IO. DIECMANNVS*, quondam eius possessor, libro huic inscriptis: *Liber hic non semper occurrit.* In eo sunt veritatis contra Pontificios et Calvinianos testimonia.

*DIERYCK VOLCKERTZ COORNHERTS Werken.* Amsterd. 1630. fol. Voll. III. Hoc grande opus in ipso Belgio esse rarum, Belgae quidam haud diffidentur.

*NICOLAI ROMANI Nova IOHANN. CALVINI Effigies.* Antwerp. 1622. fol.

*IACOBI, Magnae Britanniae Regis, Opera.* Londin. 1619. fol.

*HENRICI MORI Opera.* Londin. 1675. fol.

*NICOL. VIGNIER Recueil de l' Histoire de l' Eglise.* A Leiden. 1601. fol.

*GASP. ALVERI Roma in ogni Stato.* In Roma. 1664. fol. Voll II. Hoc opus debeo benevolentiae Patroni olim optimi, *DANIELIS MVLLERI*, Consulis quondam magnifici et de Republica Lubencensi meritissimi, qui in adiecta Epistola Cal. Mai. 1720 humanissime scriptis: *Ich habe beygehende Historiam Romanam, so ich selber mir aus Rom gebracht, und meines Wissens in Teutschland nicht viel gefunden wird, dero Bibliothec offeriren wollen.*

*HIERON. FLORAVANTIVS de beatissima Trinitate.* Macratae. 1618. 4. Conf. *VOGTIVS* p. 281.

*HENRICI VIII, Angliae Regis, Assertio Septem Sacramentorum adversus MART. LUTHERVM.* Cui subnexa est eiusdem Regis Epistola, Assertionis ipsius contra eundem defensoria. Accedit quoque R. P. D. *IOHAN. ROFFEN*, Episcopi, contra *LUTHERI Captivitatem Babyloniam*, Assertionis Regiae Defensio. Paris. 1562. 12. De codice MSto huius libri, qui est in Bibliotheca Vaticana, haec annotavit *IO. GEORG. KEYSLERVS* in Neuest. Reis. P. I. p. 744: *Das Manuscript vom Werke HENRICI VIII. Königs in Engelland, de Septem Sacramentis, ist sehr nett geschrieben, und am Ende hat der König mit eigener Hand hinzu gesetzt:*

*Anglorum Rex, HENRICVS, LEO Decime, mittit  
Hoc opus et fidei testem et amicitiae.*

*HENRICVS.*

B 3

Ibid.

Ibid. p. 795: Unter den alten Drucken ist PLINII Historia Naturalis von Venedig anno 1472. und HENRICI VIII. Werk de Septem Sacramentis auf Pergament, welches der König mit eigener Hand unterschrieben hat. Summa libri Regii raritas satis elucet ex eo, quod vir cognitione librorum nemine facile inferior, HEVMANNVS, ingenuo fateatur, se eundem non vidisse. *Ipsum, ait, videre librum, mihi non contigit.* Vid. Poëcili. Tom. II. p. 488.

IGNAT. DER-KENNIS de Deo uno, trino, creatorc. Bruxell. 1654. 8 maj.

A. M. a SCHVRMAN Εὐχαριστία. Altonae. 1673. 8. Conf. VOGTIVS p. 616.

Theologiae Christianae iuxta Principia IACOBI BOHEMII, Teutonicæ, Idea brevis et methodica. Accedunt SEXTII PYTHAGOREI Sententiae, ob argumenti præstantiam vere divinae. Amstelod. 1687. 8.

THOM. BROWNE Religio Medici. Argentor. 1652. AVB. MIRAEI Chronicon Cisterciensis Ordinis. Colon. Agripp. 1614. ISMAEL BULLI ALDVS pro Ecclesiis Lusitanicis ad Clerum Gallicanum, et Dissertatio de Populis Fundis. Argent. 1670. MAXIMIL. SANDAEI de cauteriata Iesuitarum Conscientia Admonitio. Henricop. 1619. BARTHOLD. NIHVS II Apologeticus pro Arte Nova. Colon. Agripp. 1640. LATINI DREPANII PACATI Panegyricus Theodoſo Augusto dictus. Cum Notis IO. SCHEFFERI. Holm. 1651. PET. LOTICHII Or. de Opinionc. Herborn. 1642. AEN. SYLVII Nobile Amantium Par. Marp. 1641. 8.

Ad Legem et Testimonium. 1645. 8. Leg. VOGTIVS p. 403. sq. Auctoꝝ, ADAMVS BOREEL, commemoratur in SANDII Bibliothec. Antitrinitarioꝝ. p. m. 144.

CHRISTIAN. THEOPHILI Delicatissimum Salomonis Epithalamium. Helmest. 8. vid. VOGTIVS p. 261.

BARTHOLOM. SCLEI Theosophische Schriften. 1686. 8.

ANTHOINETTE BOVRIGNON Tombeaux de la fausse Théologie. Amsterd. 1669.

EIVSD. Gezeugnis der Waarheit. Hamb. 1673. 4.

IO. TOLANDI Adeisdaemon et Origines Iudaicæ. Hagaecom. 1709. 8. Conf. VOGTIVS p. 681.

HADR.

HADR. BEVERLANDI Peccatum Originale. Eleutherop. 1678.  
*Etat de l'Homme dans le Peché Original.* 1714. H. B. de Stolatae  
*Virginitatis Iure.* Lugd. Bat. 1680. *Admonitio de Fornicatione caven-*  
*da.* 1710. 8. Conf. quae de Scriptis Beverlandianis VOGTIVS  
 p. 85. sqq. erudite annotavit.

10. VOLKELIUS de vera Religione. 10. CRELLIUS de Deo  
 et eius Attributis. Racov. 1630. Conf. VOGTIVS p. 714. SAN-  
 DIVS Biblioth. Anti-Trinitar. p. m. 96: „Amstelodami Magistra-  
 „tus iussu exemplaria huius codicis typographo ablata et 20 Ianua-  
 „ri anno 1642 publice combusta sunt. — — Relatum mihi est  
 „a fide dignis viris, in Galliis pro vno exemplari horum librorum,  
 „ob penuriam eorum, persolutos fuisse 25 nummos Hungaricos au-  
 „reos.“ FAUST. SOCINI Praelectiones Theologicae. ib. 1627.  
 CHRISTOPH. OSTORO DI Disputatio wider Georgen Tra-  
 deln von der Gottheit des Sohns Gottes und des H. Geistes,  
 und von der Reinigung unser Sünden durch Jesum Christum.  
 ibid. 1625. 8 maj.

ABRAH. IO. CUFFEELER Specimen Artis Ratiocinandi naturalis  
 et artificialis ad Pantosophiac Principia manuducens. Hamb. 1684. 8.  
 Conf. VOGTIVS p. 226. sq.

Een Bloemhof van allerley liefslykheyd sonder verdriet geplant  
 door Drederyk Waarmond, ondersoeker der waarheyd, tot nut  
 en dienst van al die geen, die dat nut en dienst uyt trekken  
 wil. Of een Vertaling en uitlegging van al de Hebreusche,  
 Grieksche, Latijnse, Franse, en andere vremde bastaart  
 woorden en wijzen van spreeken, die (twelk to beklaagen is)  
 soö in de Godsgelerheyd, regtsgeelerheyd, geneeskunst, als  
 in andere Konsten en weetenschappen, en ook in het dagelyke  
 gebruikt van spreeken, in de Nederduyse taal gebruikt wor-  
 den, gedaen door Mr. Adr. Roerbagh, regtsgezel, en geneess-  
 mr. t Amsterdam. 1668. 8. Librum hunc (propter quem au-  
 torem perpetuo careri fuisse inclusum, inter alia obseruat VOG-  
 TIVS p. 383.) nefinda, quae in nonnullis eius articulis regnat,  
 impietas rarioribus adscripta, instum piorum odium relictissime ex-  
 pertum. Qui ante me libri huius possessor fuit, is in titulo cha-  
 racterem eius sic expressit: *Ein gottlos Buch wider Jesum und*  
*wider die H. Schrift.* IO. DIECMANNVS in Specim. Glos-  
 far.

sar. Mſct. Rab. Mauri, post recensitas de origine verbi *tubilare* sententias, pag. 41 scribit: *Meum nunc non eſt, bic vel Palaemonem, vel Aristarchum, quem ſe turpiter ingeffit ille Luciano multo peior Christianae religionis irriter Koerbagh in Bloembhof etc. p. 386. agere.* Conf. p. 129. vbi haec legitur censura: *Famosus ille noſtra actate Christianae religionis empæcta, Koerbagh, in Bloembhof, etc. Id. p. 164: Inpium Koerbaghi calamum, in Bloemboef p. 582, myſterii vo- cem de sacramento oprolatam exagitantis, ino ridentis, iudicio divino examinandum relinquitur.* Conf. VOGTIVS p. 387. sq.

PETR. ARETINI Capriccios et Piaceuoli Ragionamenti. Cosmop. 1660. 8.

PETR. POMPONATII Opus de Incantationibus. Basil. 1556. Conf. VOGTIVS p. 542. ANON. Epiftola de Morte Pauli III. Pontifi- ciis. Placentiae. 1549. L. FENESTELLA ac POMPONIVS LAETVS de Magistratibus, Sacerdotiis et Legibus Romanorum. Lutet. 1549. DAN. VLIERDENI Epiftola Medico-Theologica. Basil. 1544. 8.

C. C. S. Problema paradoxum de Spiritu Sancto. Colon. 1678. IVST. CHRISTOPH. SCHOMERI Assertio Endoxa Fidei Christianae de Spiritu Sancto. Francof. et Lips. 1679. 8.

ISAAC. PEYRERII Praeadamitae. Systema Theologicum ex Prae- Adamitarum hypothefi. 1655. IO. CONR. DANNHAWERI Praeadamita Vtis. Argentor. 1656. 8.

EIVSD. Epiftola ad Philotimum, qua exponit rationes, propter quas eiuraverit ſectam Calvini, quam proſtebat, et librum dePrae-Adami- tir, quem ediderat. Francof. 1658. 4. Conf. VOGTIVS p. 529. EVSEBII ROMANI Animadversiones in Librum Praeadamitarum. 1656. 12.

Quirin Kuhlmanns Neubegeifterter Bohme. Leiden. 1674. 12 maj. GOTTLIEB WERNSDORFIUS, Theologus literatissimus, in Diff. de Fanaticis Silesiorum et speciatim de Quirino Kuhlmanno, § XXVI de fanatico hoc libello, inter alia, ſcribit: *Rarus admodum eſt, et ſemel tantum oculis meis usurpatus.* Conf. VOGTIVS p. 387. fp.

ION. RAMI Vlyſſes et Otinus unus et idem. Hafn. 1702. 8.

ANTON.

ANTON. RICCOBONVS de Gymnaſo Patavino. Patav. 1598.

4 maj. STARCKIVS ſuo exemplari, quod nuñ meum eft,  
haec verba: *Liber his in oris infrequens, et proinde in pretio haben-*  
*dus quam maximo, inscripsit.*

SIM. ABB. GABBEMA Epiftolae ab illuſtribus et claris viris ſcri-  
ptae. Harling. 1664. 8. Harum Epiftolarum editio altera, quam  
itidem poſſideo, ibid. 1669. 8. prodiuſſe fingitur, ſed eft eadem,  
titulo modo amplificata et viginii Epiftolis annexis.

PETRI IO. RESENII Inſcriptiones Haffnienses, Latinæ, Danicae,  
Germanicæ. Haffn. 1668. 4. STARCKIVS: Raro obviae.

Volumen libellorum extra Galliam rariffimorum: *Defenſe de la Lettre de Saint CHRYSOSTOME a Cefaire.* A Paris 1690. Varias  
huius notatu dignissimæ Epiftolæ editiones DAN. MAICHE-  
LIVS Lucubrat. Lambetan. p. 73. fqq. recenſet et illuſtrat; at huius  
Parifiensiſ non meminit. *BAVDEL OT Fête d'Atbenes repreſen-*  
*tée ſur uno Cornaline antique du Cabinet du Roy.* ibid. 1712. *ÉIVSD.*  
*Description des Bar-Reliefs Anciens trouvez de puis peu dans l'Egliſe*  
*Cathédrale de Paris.* Par Monf. M. D. M. ib. 1711. *Description du*  
*Monument erigé à la gloire du Roy par le Marechal Duc de la FEVIL-*  
*LADE.* Avec les Inſcriptions de tout l'Ouvrage. ib. 1686. *Essai de*  
*Grammaire contenus en trois Lettres d'un Academicien à un autre Aca-*  
*demicien.* ib. 1694. 4 maj.

Breviarium Romanum ex Decreto Concilii Tridentini reſtitutum. Ant-  
verp. 1624. fol. min.. Magnum, ſplendidum, colore rubro diſtin-  
ctum, rarum.

IAC. GRANDAMICI Nova Demonſtratio Immobilitatis Terræ pe-  
tita ex Virtute Magnetiſta. Flexiae. 1645. 4. c. fig.

Muſacum Septalianum MANFREDI SEPTALAE, Patrii Medio-  
lanenſis induſtrioſo labore conſtructum, PAVLI MARIAE TER-  
ZAGI, Mediolanenſis Phyſici Collegiati Geniali Laconiſmo deſeriptum,  
politoris literaturac Professoribus eruditæ humanitate adaper-  
tum. Cum Longocentronibus, ſive Centonibus eiusdem Terzagii de na-  
tura Crystalli, Coraliti, Teſtaceorum Montanorum, et Lapidificatorum,  
Achatiſ, Succini, Ambari et Magnetis. Derthonae. 1664.4. Muſeo  
hoc ampliora quidem et ſplendidiora proſtant; Septalianum tamen  
vti ad antiquiora, ita ad rariora, eft referendum.

**IO. IAC. BOISSARDI** *Icones et Vitae virorum illustrium.* Francof.  
P. I. 1597. II. 1598. III. et IV. 1631. 4.

**WILH. DILICHII** *Vrbis Bremae et Praefecturarum Chronicon.*  
Cassell. 1603. 4. Vid. VOGTIVS p. 235 sq. Chronicon hoc  
pertinet ad libros, qui apud nos rari sunt. Apud alias forsitan fre-  
quentius occurrit. Conf. etiam Collect. IV. Rer. Bremens. et Ver-  
dens. p. 132. sq.

**RAYMVND. MARTINI** *Pugio Fidei adversus Mauros et Iudeos.*  
Cum Observationibus JOSEPHI de VOISIN. Paris. 1651. fol.  
Hanc editionem Parisiensem esse raram, ex ore viri βιβλιογράφου  
studiofissimi, IO. DIECMANNI, me quondam audivisse, me-  
minini.

**LEONIS** Imp. Tactica, sive de Re Militari Liber. **IOANNES MEVR-**  
**SIVS** Graece primus vulgarit et Notas adiecit. Lugd. Bat. 1612. 4.  
Latine vertit **JO. CHECVS.** Liber, qui non solum rei militaris  
studiosis, sed aliis etiam potest inservire. In mei exemplaris titulo  
scripsit pristinus eius possessor: Iohann Eber Danus emis Paris. Un-  
de forsitan licebit confidere, quod, ut in Dania, ita quoque in aliis  
terrīs, dudum rarus fuerit.

**BERNARDINI** de BVSTI *Mariale.* Lugduni. 1502. 4. Non  
est rarus quidem in coetu sacro Romano cultus Marianus, raro  
tamen conspicitur hoc *Mariale*, in quo de excellentiis Regine celi  
actum esse, in fine libri iudicatur.

**IA C. GOARI** ΕΥΧΟΛΟΓΙΟΝ, sive Rituale Graecorum, complectens Ritu-  
tus et Ordines Divinae Liturgiae, Officiorum, Sacramentorum, Conser-  
cationum, Benedictionum, Funerum, Orationum etc. cuiuslibet perso-  
nae, statui, vel tempori congruos, iuxta usum Orientalis Ecclesiae. Lu-  
tet. Paris. 1647. fol. Catal. Moschm. p. 5: Liber in ipsa Galliararum.  
Conf. VOGTIVS p. 310.

**ISAAC. HABERTI** APXIEPATIKON. Liber Pontificalis Ecclesiae  
Graecae. Nunc primum ex Regis MS. Euchologis, aliiisque probatis-  
simis monumentis collectus, Latina interpretatione, Notis, ac Observa-  
tio-

tionibus Antiquitatis Ecclesiasticae plenissimis illustratus. Paris. 1643.  
fol. ATHANAS. KIRCHERI Turris Babel. Amstelod 1679.  
fol. HABERTVS cum GOARO facile est comparandus.  
Conf. VOGTIVS p. 325.

JOHAN. WOLFII *Lectiones Memorabiles et Reconditae*. Lauingae.  
1600. fol. VOLL. II. Posseſſor huius Operis, hodie raro obvii,  
quondam fuit civis meus, testantibus Tomo primo praefcriptis:  
Sum WILHELMI ZESCHII, Th. Lic. ac Superint. Wertheim.  
Rectissime iudicat SCHELHORNIUS: Rarioribus plerumque ac-  
censendi sunt libris, qui propriis autorum sumtibus prodeunt. Ex hac  
ratione difficulter comparari possunt IO. WOLFII, Icti, *Lectiones*  
*Memorabiles et reconditae*, opus utilissimum et immortalitate dignum.  
Vid. Amoenit. Liter. Tom. II. p. 433. VOGTIVS p. 729.

De Sinenium Rebus Politicis Acta. Paris. 1700. 8 maj. In hac colle-  
ctione sunt FRANC. XAVERII PHILIPPVCCII, FRANC.  
FVRTADI, PROSP. INTORCETTAE, IAC. le FA-  
VRE, DOMINIC. MARIAE SARPETRI, DOMINIC.  
NAVARETTAE, ANTON. de GOVEA, GEORG. LO-  
PEZ, etc. Scripta de Cultu Confucii et Mortuorum. Extra  
Galliam in biblioliis Germanicis raro admodum conficiuntur.

DAV. CHYTRAEI Epistolae. Hanov. 1614. 8. Cat. Mosh. p. 247:  
Lib. perrarus. VOGTIVS p. 197.

PHIL. BRIETII Parallelia Geographiae veteris et novae. Paris. 1648.  
4. maj. Conf. VOGTIVS p. 144.

GIVL. CESAR. CAPACCII La vera Antichita di Pozzuolo. In  
Roma. 1652. 8.

THOM. JAMES Catalogus Librorum Bibliothecae Bodleianae. Oxon.  
1605. Titulo inscriptum est: Bibliothecae 10DOCI a DVDINCK.  
Eiusd. Ecloga Oxonio-Cantabrigiensis. Londin. 1600. 4.

ANTON. GALLONII de Martyrum Cruciatibus Liber. Antw. 1668.  
12. Cat. Mosh. p. 42: Lib. rar.

*Onus Ecclesiae temporibus hisce deplorandis Apocalypses suis aequa conveniens; etc.* 1620. 4. Conf. VOGTIVS p. 502.

**EDMVNDI FIGRELII** *de Statuis illustrium Romanorum Liber.* Holm. 1656. 8. Vid. VOGTIVS p. 279.

**MELCH. GOLDASTI** *Commentarii de Bohemia Regni, incorporatarumque Provinciarum, Iuribus ac Privilegiis, nec non de hereditaria Regiae Bohemorum familiae Successione.* Francord. 1626. 4 maj. Conf. VOGTIVS p. 311.

**KAROLI magni** *Omeliarium per totum annum.* Spirae 1482. fol. In Catalogo Bibliothecae MOSHEMIAE p. 117. sqq. occurunt Homiliae doctrinorum ecclesiasticorum in Evangelia, iussu CAROLI M. ab ALCVINO collectae, seu Homiliarium CAROLI M. Lugd. 1525. 4., cui editioni MOSHEMIVS adscriptit: *Liber rar.* Si haec editio a peritissimo viro recte dicta est rara, multo rario, imo rarissima, Spirensis editio est censenda. Ipsi MICHAEL MAITTAIRIO fuit ignota, in cuius Annalibus Typographicis ad an. 1482. frustra quaeritur, aequa ac in multis magnorum viorum Bibliothecis. Possedit eam tamen vir desideratissimus, MICHAEL RICHEY, quem vivam Bibliothecam iure appellat ingens Hamburgi et totius reipublicae literariae decus, HERM. SAM. REIMARVS, in Praefatione, Catalogi eius Bibliothecae Parti primae praefixa. In illo citata editio Spirensis p. 142. annotata legitur. Data de eadem opera commentatus sum in Select. Liter. p. 252. sqq. Add. VOGTIVS p. 174.

**RAB. MAVRI libri III. de Clericorum Institutione et Ceremoniis Ecclesiae ex Veteri et Novo Testamento.** Colon. 1532. CAROLI M. Fragmenta a WOLFG. LAZIO eruta. Antv. 1560. 8.

**EGINHARTI** *Vita et Gesta KAROLI M.* Colon. 1521. 4. Nu- eniana haec editio non quidem comparari potest cum instructissima et elegantissima Schminckiana, primatamen est et antiquissima, ideoque libris, qui rarius occurunt, haud immerito annume- randa.

**ABRAH.**

*ABRAH. CALOVII Historia Syncretistica.* 4. Cat. Mosh. p. 263.  
Lib. rarus. Conf. VOGTIUS p. 164. sqq.

*CONRAD. KIRCHERI Concordianae Veteris Testamenti Graecae  
Ebraeis vocibus respondentes, πολύχρονοι.* Francof. 1607. 4 maj.  
Conf. VOGTIUS p. 382. Titulo huius exemplaris nomen suum  
inscripsit Meno Hannekenius, D.

*Scripta in Academia Rostochiensi publice proposita ab an. 1560 - 1569.*  
Rostoch. 1567. 8. Conf. VOGTIUS p. 588.

*MARSIL. FICINI Opera.* Basil. 1576. fol. II. Voll. Conspectum  
eorum exhibet SCHELHORNIVS Amoen. Liter. T.I. p. 102.  
sqq., vbi etiam nostram editionem Basileensem ex WHARTONO  
p. 107. commemorat.

*OLYMP. FVLVIAE MORATAE Opera omnia.* Basil. 1580. 8.  
Cat. Mosh. p. 142. Lib. et edit. rar. Conf. VOGTIUS p. 475.

*CASP. BARTHII Nemoralia.* Hanov. 1625. 8.

*ALEXAND. PERLASCAE Panegyrici.* Mediolan. 1668. 8 maj.

*DAV. BLONDELLVS de Formulae, Regnante CHRISTO, in  
veterum Monumentis Vsu.* Amstelod. 1644. 4. Cat. Mosh. p. 22. Lib.  
rar. et crud. Conf. VOGTIUS p. 129. sq.

*LUDOV. CRESOLLI Myssagogus de sacrorum Hominum Discipli-  
na.* Lutet. Paris. 1629. fol.

*GVIL. DVRANDI Rationale divinorum Officiorum.* Lugd. 1584.  
8 maj. Editio Lugd. 1605. in Cat. Mosh. p. 49. liber rarus vocatur.  
Conf. VOGTIUS p. 250.

*IO. STEPH. DVRACTI de Ritibus Ecclesiar. Catholicae libri tres.*  
Paril. 1644. 8.

*IUST. REINHART. ROBBIGII Robigalia.* Rintel. 1622. 4.  
Conf. VOGTIUS p. 583.

MARTIN. de ROA Singularia Locor. ac Rer. S. Scripturae. Lugd. 1667. 8 maj. II. Voll.

MART. LUTHER Declaration sur l'Epistre de S. Paul aux Galatians. A Anvers. 1584. 4. Conf. quae scripti Stromat. Lutheran. p. 366. sqq. Add. VOGTIVS p. 421 sq.

MATTHÆI WREN Inscr̄atio Bar Iesu, sive Polenicae Assertiones Locorum aliquot S. Scripturæ ab imposturis perversionum in Catechesi Racoviana. Lond. 1660. 4.

JOSEPH. ANTON. GONCALEZ de SALAS de duplici Terra Viventium. Lugd. Bat. 1650. 4.

LEO ALLATIVS de Ecclesiae Occidentalis atque Orientalis perpetua Confessione. Colon. 1648. Cat. Mosh. p. 67: Lib. rar.

ANDR. ALCIATI Emblemata cum CLAVDII MINOIS Commentariis. Ex officina Plantiniana, 1608. 8 maj.

IQ. MEVRSII Exercitationes Criticae. Lugd. Bat. 1599. 8. Conf. VOGTIVS p. 464.

Epistolæ Consolatoriae Regum, Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, aliorumque clarissimorum et doctissimorum Virorum ad HENRICVM RANZO VIVM. Opera GEORG. FRID. FROBENII. Francof. 1593. 8.

MICH. COP Exposition Familicre sur les Proverbes de Salomon. A Genev. 1556. 4 maj.

E.O.B. HESSI Epistolæ. Norimb. 1553. 8. Vid. VOGTIVS p. 340.

VIRGIN. VALSECHI Diff. de M. AVR ELII ANTONINI Tribunitia Potestate V. Florent. 1711. 4.

JAMES HOVVEL Lexicon Tetraglotton Anglo-Gallico-Italico-Hispanicum. London. 1660. EIVS D. Nomenclatura Anglo-Italico-Gallico-Hispanica. ibid. 1659. fol.

Index

*Index Expurgatorius.* Argentorat. 1609. 8.

*ANTON. POURSANI Miscellanea Theologica.* Paris. 1607. 8.

*Ferrante Pallavicino Auserlesene Werke.* Greifswalde. 1663. 8.

*ERASM. SARCFER FVS de Synodis.* 1539. *CHRYSOSTOMI Homilia, interprete FABRITIO CAPITONE.* Basilea. 1519. *WESSELLI Farrago Rerum Theologicarum.* Basilea. 1522. *BAPTISTAE MANTVANI de Patientia aurei libri.* Daventr. 1503. *MART. LUTHERI Sermo de S. Antonio.* Wittenberg. 1522. *Acta Concilii Ingolstadiensis.* 1524. *JO. COCHLEI Sermo contra Lutherum.* ANNON. *Mors et Sepultura doctrinae Lutheranae.* EPISCOPI MISNESTIANI *Confirmatio Librorum Ieronimi Tungerheim.* PAVLI Epistola ad Galatas. Graece. IO. CELLARIUS *Sigignon in Hebraeas literas.* Aug. Vindel. 1520. IO. BOESCHENSTAENIANUS *Introductio utilissima Hebraice disceere cupientibus.* Basilea. 1518. 4. Qui in hoc volumine sunt libri anti-Lutherani, famosi quidem sunt, sed tamen rarissimi; Wesselianus etiam, Boeschensteinianus, etc. oculis multorum fese dudum subduxerunt.

Tantum haec vice. Index secundus propediem D. V. sequetur. Libri autem ut iuvenibus verno-hoc tempore ver sacrum repraesentaturis, proque rostris solenni ritu locuturis, dicens argumenta suppeditarunt, sic mihi Libros rariores recensendi ansam praebuerunt. Primum autem iuvenum ornatissimum, quos ingenii felicitas, morum praestantia, opera bonarum literarum studio navata, finis opus coronans, commendat, par, res suas divinis auspiciis perendie in cathedra publica ita agere contendet, ut prior,

**CHRISTIANVS PETRVS POLCHOW,**

Parchimo-Mecklenburgicus,

**B. IACOBI BERNHARDI POLCHOW,** Superintendens quondam Parchimensis non veneranda solum dignitate, sed meritorum quoque amplitudine conspicui, praeclarae spei filius,

filius, egregia indole literaria & optata doctorum ope sic usus,  
vt insigniter profecerit,

*de sacro Codice omnium Librorum praecipuo,  
verba, quibus si defunt in tanta re, cui disertissimi etiani ora-  
tores non omnino pares sunt, vires, voluntas tamen est laudan-  
da, faciat; posterior vero,*

## HERMANNVS von DVHN,

*Lubecensis,*

juvenis divitiis etiam literariis institutione et crebra et fidei in-  
structus, de quo sperari potest, fore, vt Reipublicae patriae  
utiliter aliquando inserviat,

*summorum Principum Gloriam scriptione Librorum partam  
pro viribus declarare studeat. Orationum habendarum argu-  
menta sua sese praestantia facile, vt mihi quidem persuasi, tue-  
buntur. Neque credo, fore, vt Vos, MAGNIFICI ET  
ILLVSTRES DNN. CONSULES, summe venerabilis  
D N. PRAEPOSITE, generos. D N. DECANE, summe  
rever, atque excellentiss. D N. SVPERINTENDENS, no-  
biliss. consultiss. et experientiss. DNN. SYNDICE et DO-  
CTORES, admodum rever, et praeclariss. DNN. SENIOR,  
PASTORES atque SYMMYSTAE, nobiliss. generos. pru-  
dentiss. et ampliss. DNN. SENATORES, PROTONO-  
TARIE ac SECRETARII, vt et omnes praestantissimo-  
rum Librorum delectatione capti, calculum denegeris. Do-  
cumentum huius rei certissimum praebere potestis honorifica  
Vestra praesentia ei benevolia auscultatione, quam utramque de-  
centissimis precibus efflagito, firmiterque a benignitate Vestra  
impetrandam mihi potero polliceri. P.P. Lubecae.*


*d. XX. MART. A. MDCCCLXII.*

Nr 113.  
S 80



n. 5.







ΣΥΜΜΙΚΤΑ LIBRARIA,  
SIVE  
**LIBRORVM RARIORVM**  
INDEX I.

SELECTIS OBSERVATIONIEVS INSTRVCTVS,

Q V O

AD AVDIENDAS ORATIONES PVBlicas

D. XXII. MART. A. MDCCCLXII. HLQC HAB.

LVBECAM LITERATAM

DECENTER CONVOCAT

**IO. HENR. A SEELEN,**

SS. THEOL. LIC. ET GYMN. LVBEC. RECT.

---

LVBECAE.

TYPIS FUCHSIANIS.